



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Dolor

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

*distributio- nes etiam no sedendo in proprio stallio.* fit subdiaconus, *ibid.* §. Notandum 1. Sic Canonicus non sedens in proprio stallio, vel non firindutus vestibus solitis, dummodò aliud non sit statutum, §. Secundò, Nota. Ita etiam absens à choro iustis de causis, *ibid.* §. 3.

DIVORTIVM.

*Sodomina de- ber esse cum seminis effu- sione, ut sit causa divor- tii.*

1. Copula Sodomitica imperfecta cum uxore non inducit causam divortii perpetui, sed debet esse completa cum seminis effusione intra vas contra naturam. Sanch. *part. 9. tract. 8. resol. 39.* nec per pollutionem intra crura mulieris, contra Texeda, *ibid.* §. Hinc dicitur, neque per fornicationem mulieris vel matrimonium cum alio initum si ipsa bona fide putaverit virum obiisse Layman. *lib. 5. tractat. 10. cap. 7. numer. 13.* Præpositus alique quia non est adulterium formale, sed materiale tantum, p. *11. tr. 5. res. 47.*

*Divortium concedendum est marito ejicienti uxorem cui alimenta negavit, dummodo ea intentione non ejecisset.*

2. Concedendum est Divortium marito, qui uxorem ejecit è domo negando ei alimenta, & ipsa per hoc fornicata est, nõ idèò adulterio consentit, nec à divortio faciendò impediendus est, secus si ea intentione ejecisset, ut compulsa necessitate adulterium committeret, *ibid. res. sol. 38.* Et potest petere divortium etiam quod uxor adulterata est per vim gravem cadentem in constantem virum, *ibid.* §. Sed si quæres.

*Non tenetur dimittere uxorem pertinacem in adulterio.*

3. Non tenetur vir uxorem dimittere adulterantem, & pertinaciter perseverantem in adulterio, sub peccato mortali, nisi in rarissimo casu, itaut dimissio sit apta ad emendationem absque inconvenienti, aut ad evitandam suspensione, & non sit marito valde incommoda, & non sit aliud remedium sufficiens ad emendationem, tenetur eam dimittere. Sanchez *ibid. resolut. 40.* Sic multò minus de uxore cum viro adulterante, *ibid.* §. Sed quid dicendum.

*Potest cogi vir post adulterium, ut uxori reconcilietur.*

4. Vir, qui post divortium adulterium commisit, non solum ex Judicis sententia, & ex officio, sed ad petitionem partis, cogendum esse innocen-

tem, (postmodum nocentem, nocenti dimisso reconciliari) obligatusque esset in conscientia, hanc præstare reconciliationem quolibet volente, & de hoc alibi dictum est, *ibid. resolut. 39. tr. 5. res. 37.*

5. Mulier adultera ingressa in Monasterium, vel tacente viro offenso potest professionem emittere absque eo, quòd vir teneatur ingredi Religionem, sed potest in sæculo manere absque ullo voto. Diana, *ibid. res. 60.*

*Mulier adu- tera ingressa Monasterium potest profes- sionem emit- tere.*

DOLOR.

Actus doloris in Confessione faciendus, potest præcedere tempus, v. g. si manè dolet, & actu non revocato post tres, vel quatuor horas confiteatur sine novo doloris actu, satisfacit confessioni, & si nocte præcedente examinavit suam conscientiam eliciendo actum doloris, potest manè confiteri, sic etiam transacto die, actu tamen non revocato. Diana *part. 9. tr. 9. res. 51.*

*Non est neces- saria, sicut dolor sit semper actua- lis quando actu non re- vocavit an- tecedentem.*

Contritionem de metu pænæ Purgatorii sufficere ad valorem Sacramenti docet Leandrus, sic etiam attritio de morte subeunda per sententiam Judicis, ob infamiam, est sufficiens ad valorem cum aliquo respectu ad Deum, ut sit dolor de peccato commisso. Lugo. *ibid.* §. Nota hic.

2. Qui confitetur de venialibus tantum, tenetur elicere actum doloris efficaciis, sicut tenetur in Confessione de mortalibus. Diana *part. 9. tr. 9. resolut. 31.* Peccata venialia possunt remitti virtute. Sanchez, *ibid.* §. Sed si. Similiter dolor de peccatis validus est si habeatur ante, vel post Confessionem. *ibid. tr. 9. resolut. 37.*

*De venialibus etiam eliciendus est dolor.*

DOMINVS.

1. Certum est servos esse in Dominorù potestate. Quæ potestas rectè definitur, Jus quod Dominus habet in servum. Et omni suo effectu eadem est cum dominio.

*Potestas Domini- ca quæ. Quid Domini- mus?*